

tius Deum, cui perdendæ in gehenna et animæ et corporis sit potestas.

R. Hic est vere Martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit :
* Qui minas iudicium non timuit, nec terrænæ dignitatis glóriam quæsivit, sed ad cœlestia regna pervenit. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. — Qui minas. **Gloria Patri.** Qui minas.

Lectio ij.

Nolite timere eos qui occidunt corpus. Nullus igitur corporum nostrorum casus est pertimescendus, neque ullus interimentæ carnis admit-

tendus est dolor : quando pro naturæ suæ atque originis conditione resoluta, in substantiam spirituales animæ refundatur. Et quia doctrinis talibus confirmatos oportet liberam confitendi Dei habere constantiam, etiam conditionem, qua teneremur, adiecit : negaturum se eum Patri in cœlis, qui se hominibus in terra negasset: eum porro qui confessus coram hominibus se fuisset, a se in cœlis confitendum: qualésque nos nominis sui testes hominibus fuissémus, tali nos apud Deum Patrem testimonio ejus usúros.

Te Deum laudamus. 20.



Commune plurimorum Martyrum.

IN I. VESPERIS.

Antiphonæ.

BMnes sancti, *
quanta passi
sunt tormenta,
ut securi per-
venirent ad palmam mar-
tyrii.

**Psalmi ut in j. Vesperis
de Communi Apostol. [2]**

2. Cum palma * ad regna pervenerunt sancti, coronas decóris meruerunt de manu Dei.

3. Corpora sanctorum * in pace sepulta sunt : et vivent nomina eorum in ætérnum.

4. Martyres Domini * Dominum benedicite in ætérnum.

5. Martyrum chorus * laudate Dominum de cœlis, allelúia.

Capitulum.

Sap. iij.

Mustorum animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori : illi autem sunt in pace.

Hymnus.

Sanctorum méritis inclyta gaudia
Pangamus sócii, gèstaque
fórtia :

Gliscens fert animus pro-
mere cãntibus
Victorum genus ópti-
mum.

Hi sunt, quos fátue mun-
dus abhórruit ;
Hunc fructu vácuum, fló-
ribus áridum
Contempsere tui nóminis
ásseclæ
Jesu Rex bone Cœlitum.

Hi pro te fúrias, atque mi-
nas truces
Calcárunť hómínũ, sæ-
vaque vérbera :
His cessit lácérans fórtiter
úngula,
Nec carpsit penetrália.
Cædúntur gládiis more
bidéntium :
Non murmur résonat, non
querimónia ;
Sed corde impávido mens
bene cónsčia
Consérvat patiéntiam.
Quæ vox, quæ póterit lin-
gua retéxere,
Quæ tu Martyribus mún-
ra præparas?
Rubri nam flúido sángu-
ine fúlgidis
Cingunt témpora láureis.
Te summa o Déitas, ún-
aque póscimus ;
Ut culpas ábigas, nóxia
súbtrahas,
Des pacem fámulis; ut tibi
glóriam
Annórum in sériem ca-
nant. Amen.
¶ Lætámini in Dño, et
exsultáte justí. ✠. Et glo-
riámíni omnes recti corde.
Ad Magnificat, Aña.

Istórum est enim * regnum
cælórum, qui contempsé-
runt vitam mundi, et per-
venérunt ad præmia regi-
ni, et láverunt stolass suas
in ságuine Agni.

**Pro pluribus Martyribus
Pontificibus. Oratio.**

BEatórum Mártýrum,
paritérque Pontífi-
cum **N.** et **N.** nos quæsu-
mus Dómine festa tueán-
tur : et eórum comméndet
orátio veneránda. Per Dó-
minum nostrum.

**Si non fuerint Pontifices.
Oratio.**

DEus, qui nos concédis
sanctórum Mártýrum
tuórum **N.** et **N.** natalítia
cólere : da nobis in ætér-
na beatitúdíne de eórum
societáte gaudére. Per
Dóminum nostrum.

Alia Oratio.

DEus, qui nos ánnua
sanctórum Mártýrum
tuórum **N.** et **N.** solemni-
táte lætíficas : concéde
propítius, ut quorum gau-
démus méritis, accendá-
mur exémpis. Per Dñum.

AD MATUTINUM.

Invitat. Regem Mártý-
rum Dóminum, * Veníte
adorémus. **Ps.** Veníte. 2.

Hymnus.

CHristo profúsum sán-
guinem,
Et Mártýrum victórias,
Dignámque cælo láuream
Lætis sequámur vócbus.
Terróre victo sæculi,
Pœnisque spretis córporis,

Mortis sacræ compéndio
Vitam beátam póssident.
Tradúntur igni Mártýres,
Et bestiárum déntibus :
Armáta sævit úngulis
Tortóris insáni manus.
Nudáta pendent víscera :
Sanguis sacrátus fúndi-
tur :
Sed pérmanent immóbiles
Vitæ perénnis grátia.
Te nunc Redémptor quæ-
sumus,
Ut Mártýrum consórtio
Jungas precántes sérvulos
In sempitérna sæcula.
Amen.

In I. Nocturno.

Aña. Secus decúrsus
aquárum * plantávit ví-
neam justórum, et in lege
Dñi fuit volúntas eórum.

Psalmus j.

BEátus vir, qui non
ábiit in consílio im-
piórum, et in via
peccatórum non stetit, *
et in cáthedra pestiléntiæ
non sedit :

Sed in lege Dómini volún-
tas ejus, * et in lege ejus
meditábitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum,
quod plantátum est secus
decúrsus aquárum, * quod
fructum suum dabit in
témpace suo :

Et fólium ejus non dé-
fluet : * et ómnia quæ

cúmque fáciat prospera-
búntur.

Non sic ímpii, non sic : *
sed tamquam pulvis, quem
próicit ventus a fácie ter-
ræ.

Ideo non resúrgent ímpii
in iudicio : * neque pecca-
tóres in concílio justórum.
Quóniam novit Dóminus
viam justórum : * et iter
impiórum períbit.

Aña. Secus decúrsus
aquárum plantávit ví-
neam justórum, et in lege
Dómini fuit volúntas eó-
rum.

Aña. Tamquam aurum *
in fornáce probávit eléctos
Dñus : et quasi holocáusta
accépit eos in ætérnum.

Psalmus ij.

QUare fremuérunt Gen-
tes, * et pópuli medi-
táti sunt inánia?

Astitérunt reges terræ,
et príncipes convenérunt
in unum * advérsus Dómi-
num, et advérsus Chri-
stum ejus.

Dirumpámus víncula eó-
rum : * et projiciámus a
nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis irri-
débit eos : * et Dóminus
subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in
ira sua, * et in furóre suo
conturbábit eos.

Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus. Dominus dixit ad me : * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula a me, et dabo tibi Gentes hereditatem tuam, * et possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, * et tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite : * erudimini qui iudicatis terram.

Servite Dño in timóre : * et exultate ei cum tremóre.

Apprehendite disciplinam, nequādo irascatur Dominus, * et pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beāti omnes, qui confidunt in eo.

Añā. Tamquam aurum in fornace probavit electos Dñus : et quasi holocausta accepit eos in ætérnum.

Añā. Si coram hominibus * tormenta passi sunt, spes electórum est immortalis in ætérnum.

Psalmus iij.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt ánimam meam : * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Dómine susceptor meus es, * glória mea, et exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamavi : * et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, et soporatus sum : * et exsurrexi, quia Dóminus suscepit me.

Non timébo millia pópuli circumdantis me : * exsurge Dómine, salvum me fac Deus meus.

Quóniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa : * dentes peccatórum contrivisti.

Dómini est salus : * et super pópulum tuum benedictio tua.

Añā. Si coram hominibus tormenta passi sunt, spes electórum est immortalis in ætérnum.

V. Lætámini in Dómino, et exultate justi.
R. Et gloriámini omnes recti corde.

Pater noster.

Absolutio. Exaudi Dómine.

V. Jube domne benedicere.

Benedictio. Benedicti-one perpétua.

De Epístola beāti Pauli Apóstoli ad Romános.

Lectio j. **Cap. viij. c**

Ratres, Debitóres sumus non carni,

ut secúndum carnem vivámus. Si enim se-

cúndum carnem vixeritis, moriémini : si autem spí-

ritu facta carnis mortifica-

veritis, vivétis. Quicúm-

que enim spíritu Dei agún-

tur, ii sunt filii Dei. Non enim accepistis spíritum

servitútis íterum in timóre, sed accepistis spíritum

adoptiónis filiórum, in quo clamámus : Abba (Pater).

Ipsé enim Spíritus testimoniúm reddit spíritui

nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, et heredes : heredes quidem

Dei, coheredes autem Christi : si tamen compá-

timur, ut et conglorificémur. Existimo enim quod non sunt condígnæ passiones hujus témporis ad futúram glóriam, quæ revelábitur in nobis. Nam exspectatio creatúre, revelatióem filiórum Dei exspectat.

ullus dolor : * Quóniam prióra transierunt. **V.** Non esúrient, neque sitient amplius, neque cadet super illos sol, neque ullus æstus. — Quóniam.

Bened. Unigénitus Dei Filius.

Lectio ij.

Scimus autem quóniam diligentibus Deum omnia cooperántur in bonum, iis, qui secúndum

propositum vocáti sunt sancti. Nam quos præscí-

vit, et prædestinávit confórmes fieri imáginis Filii sui, ut sit ipse primogénitus in multis frátribus.

Quos autem prædestinávit, hos et vocávit : et quos vocávit, hos et justificávit :

quos autem justificávit, illos et glorificávit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si

Deus pro nobis, quis contra nos? Qui étiam próprio Filio suo non pepércit, sed pro nobis omnibus tradidit

illum : quómo modo non étiam cum illo omnia nobis donávit? Quis accusábit ad-

versus electos Dei? Deus qui justificat, quis est qui condémnet? Christus Je-

sus, qui mórtuus est, imo qui et resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui étiam

interpéllat pro nobis.

R. Viri sancti gloriósum sánguinem fuderunt pro Dómino, amaverunt Christum in vita sua, imitati sunt eum in morte sua : * Et ideo corónas triumpháles meruerunt. **V.** Unus spíritus, et una fides erat in eis. — Et ideo.

Benedictio. Spíritus sancti grátia.

Lectio iij.

Quis ergo nos separábit a caritatē Christi? tribulatio, an angústia, an fames, an nuditás, an periculum, an persecutio, an gladius? (sicut scriptum est : Quia propter te mortificámur tota die : aestimáti sumus sicut oves occisiónis.) Sed in his ómnibus superáramus propter eum, qui diléxit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principátus, neque Virtútes, neque instántia, neque futúra, neque fortitúdo, neque altitúdo, neque profúndum, neque creatúra ália póterit nos separáre a caritatē Dei, quæ est in Christo Jesu Dómino nostro.

R. Tradiderunt córpora sua propter Deum ad supplicia : * Et meruerunt habere corónas perpétuas.

V. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatióne, et laverunt stolas suas in ságuine Agni. — Et meruerunt. **Gloria Patri.** Et meruerunt.

In II. Nocturno.

Añã. Dabo sanctis meis * locum nominátum in regno Patris mei, dicit Dóminus.

Psalmus xlv.

Omine quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine mácula, * et operátur justitiam :

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua :

Nec fecit próximo suo malum, * et opprobrium non accépit advérsus próximos suos.

Ad nihilum dedúctus est in conspéctu ejus malignus : * tímētes autem Dóminum glorificat :

Qui jurat próximo suo, et non decipit, * qui pecuniam suam non dedit ad usúram, et múnera super innocéntem non accépit : Qui facit hæc, * non móvebitur in ætérnum.

Añã. Dabo sanctis meis

locum nominátum in regno Patris mei, dicit Dóminus.

Añã. Sanctis qui in terra sunt ejus, * mirificávit omnes voluntates meas inter illos.

Psalmus xv.

Consérva me Dómine, quóniam sperávi in te. * Dixi Dómino : Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non eges. Sanctis, qui sunt in terra ejus, * mirificávit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eórum : * póstea acceleráverunt.

Non congregábo conventícula eórum de sanguinibus : * nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hereditatis meæ, et cálicis mei : * tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præcláris : * etenim hereditas mea præclára est mihi.

Benedicam Dóminum, qui tribuit mihi intelléctum : * insuper et usque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspéctu meo semper : * quóniam a dextris est mihi, ne commóvear.

Propter hoc lætátum est cor meum, et exsultávit lingua mea : * insuper et caro mea requiescet in spe.

Quóniam non derelinques ánimam meam in inférno : * nec dabis Sanctum tuum videre corruptiõem.

Notas mihi fecísti vias vitæ, adimplébis me lætítia cum vultu tuo : * delectatiónes in dextera tua usque in finem.

Añã. Sanctis qui in terra sunt ejus, mirificávit omnes voluntates meas inter illos.

Añã. Sancti qui sperant in Dómino, * habébunt fortitudinem, assument penas ut áquilæ, volábunt, et non deficient.

Psalmus xxij.

Domini est terra, et plenitúdo ejus : * orbis terrárum, et univérsti qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum : * et super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus et mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiõ-

nem a Dño : * et misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generatio quærentium eum, * quærentium faciẽm Dei Jacob.

Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles : * et introibit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus fortis et potens : Dóminus potens in proelio.

Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles : * et introibit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

Aña. Sancti qui sperant in Dómino, habébunt fortitudinem, assúment penas ut áquilæ, volábunt, et non deficient.

V. Exsúltent justí in conspéctu Dei. **R.** Et delectentur in lætítia.

Pater noster. **Absolutio.** Ipsíus pietas. **V.** Jube domne. **Bened.** Deus Pater omnipotens.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi.

Serm. xlvij. de Sanctis.

Lectio iii.



Uotiescúmque, fratres caríssimi, sanctórum Mártýrum solémnia celebrámus, ita,

ipsis intercedéntibus, expectémus a Dómino consequi temporália beneficia : ut ipsos Mártýres imitádo, accíperere mereámur æterna. Ab ipsis enim sanctórum Mártýrum in veritate festivitátum gáudia celebrántur, qui ipsórum Mártýrum exémpla sequúntur. Solemnitátis enim Mártýrum, exhortatiónes sunt martyriórum : ut imitári non pígeat, quod celebráre deléctat.

R. Sancti tui Dómine mirábile consecúti sunt iter, serviétes præcéptis tuis, ut inveniréntur illæsi in aquis válidis : * Terra apparuit árida : et in Mari rubro via sine impediménto. **V.** Quóniam percússit petram, et fluxérunt aquæ, et torréntes inundavérunt. — Terra apparuit.

Benedictio. Christus perpétuæ.

Lectio ii.

SED nos vólumus gaudere cum sanctis : et tribulatióne mundi nólumus sustinere cum ipsis. Qui enim sanctos Mártýres, in quantum potúerit, imitári nolúerit ; ad eórum beatitudinem non póterit pervenire. Sed et Paulus Apóstolus prædicat, di-

cens : Si fuérimus sócii passiónum, érimus et consolatiónum. Et Dóminus in Evangélio : Si mundus vos odit : scitóte quia me priórem vobis ódio hábuit. Recúsat esse in corpore, qui ódium non vult sustinere cum cápite.

R. Vérbera carníficum non timúerunt sancti Dei, moriéntes pro Christi nómine : * Ut herédes fierent in domo Dómini. **V.** Tradidérunt córpora sua propter Deum ad supplicia. — Ut herédes.

Benedictio. Ignem sui amóris.

Lectio ij.

SED dicit áliquis : Et quis est, qui possit beatórum Mártýrum vestígia sequi? Huic ego respóndeo, quia non solum Mártýres, sed étiam ipsum Dóminum cum ipsíus adjutório, si vólumus, póssumus imitári. Audi non me, sed ipsum Dóminum géneri humano clamántem : Discite a me, quia mitis sum, et húmilis corde. Audi et Petrum Apóstolum admonéntem : Christus passus est pro nobis, relínquens nobis exémplum, ut sequámur vestígia ejus.

R. Tamquam aurum in fornáce probávit eléctos Dóminus, et quasi holocáusti hóstiam accépit illos : et in témpore erit respéctus illórum : * Quóniam donum et pax est eléctis Dei. **V.** Qui confidunt in illum, intélligent veritátem : et fidéles in dilectiõe acquiescent illi. — Quóniam. **Gloria Patri.** Quóniam.

In III. Nocturno.

Aña. Justi autem * in perpétuum vivent, et apud Dóminum est merces eórum.

Psalmus xxxij.



Xsultáte justí in Dómino : * rectos decet collaudátio.

Confitémini Dómino in cíthara : * in psalterio decem chordárum psállite illi.

Cantáte ei cánticum novum : * bene psállite ei in vociferatiõe.

Quia rectum est verbum Dómini, * et ómnia ópera ejus in fide.

Díligit misericórdiam et judícium : * misericórdia Dómini plena est terra.

Verbo Dómini cœli firmáti sunt : * et spírítu oris ejus omnis virtus eórum.

Congregans sicut in utre
aquas maris : * ponens in
thesauris abyssos.

Timeat Dominum omnis
terra : * ab eo autem com-
moveantur omnes inhabi-
tantes orbem.

Quoniam ipse dixit, et
facta sunt : * ipse manda-
vit, et creata sunt.

Dominus dissipat consi-
lia Gentium : * reprobatur
autem cogitationes popu-
lorum, et reprobatur consilia
principum.

Consilium autem Domini
in aeternum manet : * cog-
itationes cordis ejus in
generatione et generatio-
nem.

Beata gens, cujus est Do-
minus, Deus ejus : * popu-
lus, quem elegit in here-
ditatem sibi.

De caelo respexit Domi-
nus : * vidit omnes filios
hominum.

De preparato habitaculo
suo * respexit super om-
nes, qui habitant terram.

Qui finxit sigillatim cor-
da eorum : * qui intelligit
omnia opera eorum.

Non salvatur rex per
multam virtutem : * et
gigas non salvabitur in
multitudine virtutis suae.

Fallax equus ad salu-
tem : * in abundantia au-

tem virtutis suae non sal-
vabitur.

Ecce oculi Domini super
metuentes eum : * et in
eis, qui sperant super mi-
sericordiam ejus.

Ut eruat a morte animas
eorum : * et alat eos in
fame.

Anima nostra sustinet
Dominum : * quoniam
adjutor et protector no-
ster est.

Quia in eo laetabitur cor
nostrum : * et in nomine
sancto ejus speravimus.

Fiat misericordia tua Do-
mine super nos : * quem-
admodum speravimus in
te.

Añã. Justi autem in per-
petuum vivent, et apud
Dñum est merces eorum.

Añã. Tradiderunt * cor-
pora sua in mortem, ne
servirent idolis : ideo co-
ronati possident palmam.

Psalmus cxxij.

Benedicam Dominum
in omni tempore : *
semper laus ejus in ore
meo.

In Domino laudabitur
anima mea : * audiant
mansueti, et laetentur.

Magnificate Dominum
mecum : * et exaltemus
nomen ejus in idipsum.

Exquisivi Dominum, et

exaudivit me : * et ex om-
nibus tribulationibus meis
eripuit me.

Accedite ad eum, et illu-
minamini : * et facies ve-
strae non confundentur.

Iste pauper clamavit, et
Dominus exaudivit eum. *
et de omnibus tribulatio-
nibus ejus salvavit eum.

Immittet Angelus Domi-
ni in circuitu timentium
eum : * et eripiet eos.

Gustate, et videte quo-
niam suavis est Dñus : *
beatus vir, qui sperat in eo.

Timeat Dominum omnes
sancti ejus. * quoniam non
est inopia timentibus eum.

Divites eguerunt et esu-
rierunt : * inquirentes au-
tem Dominum non mi-
nuentur omni bono.

Venite filii, audite me : *
timorem Dñi docebo vos.

Quis est homo qui vult
vitam : * diligit dies vide-
re bonos?

Prohibe linguam tuam a
malo : * et labia tua ne
loquantur dolum.

Diverte a malo, et fac
bonum : * inquire pacem,
et perséquere eam.

Oculi Domini super ju-
stos : * et aures ejus in
preces eorum.

Vultus autem Dñi super
facientes mala : * ut perdat

de terra memoriam eo-
rum.

Clamaverunt justi, et Do-
minus exaudivit eos : * et
ex omnibus tribulatio-
nibus eorum liberavit eos.

Juxta est Dominus iis,
qui tribulato sunt corde : *
et humiles spiritu salvabit.

Multae tribulationes ju-
storum : * et de omnibus
his liberabit eos Domi-
nus.

Custodit Dominus omnia
ossa eorum : * unum ex
his non conteretur.

Mors peccatorum pessima
: * et qui oderunt ju-
stum delinquent.

Redimet Dominus ani-
mas servorum suorum : *
et non delinquent omnes
qui sperant in eo.

Añã. Tradiderunt corpo-
ra sua in mortem, ne ser-
virent idolis : ideo coro-
nati possident palmam.

Añã. Ecce merces * san-
ctorum copiosa est apud
Deum : ipsi vero mortui
sunt pro Christo, et vivent
in aeternum.

Psalmus cxb.

Deus noster refugium,
et virtus : * adjutor
in tribulationibus, quae in-
venérunt nos nimis.

Propterea non timebimus
dum turbabitur terra : * et